


Die Statuten
der
ältesten bekannten Synode von Brixen
im Jahre 1544

herausgegeben von

Ludwig Rapp.



Die Wichtigkeit der alten kirchlichen Synodalverordnungen namentlich in kultureller Beziehung ist von den Geschichtskundigen allgemein anerkannt. In ihnen spiegelt sich zum grossen Theile der Zustand der religiösen und moralischen Bildung, und wohl auch der socialen Verhältnisse beim Klerus und Volk. Wir glauben darum den Freunden unserer vaterländischen Geschichte keinen unwesentlichen Dienst zu erweisen, wenn wir ihnen hiemit einen vollständigen und genauen Abdruck der Statuten der ältesten bekannten Diözesansynode von Brixen vorlegen. Wir sagen: der ältesten bekannten Synode, weil wir nicht behaupten wollen, dass vor dieser Synode keine andern in noch früherer Zeit im Bisthum Brixen stattgefunden hätten, sondern nur, dass uns von allen früheren Synoden nichts Näheres bekannt geworden sei. Auch die vorliegenden Statuten der Synode vom Jahre 1511 sind bis jetzt gänzlich unbekannt geblieben, so zwar, dass selbst Franz Ant. Sinnacher, dieser so gründliche und fleissige Forscher, in seiner „Geschichte der bischöflichen Kirche von Säben und Brixen“ Bnd. VII S. 124 bekennt, er habe diese Verordnungen nie zu Gesichte bekommen. Erst vor wenigen Jahren ist die trefflich geordnete und mit manchen literarischen Schätzen ausgestattete Bibliothek des F. B. Priesterseminars zu Brixen in den Besitz eines Exemplars der vorerwähnten Statuten gelangt, das wohl das einzige noch existirende genannt werden darf. Es führt den Titel: „Statuta Synodalia diocesana Reuerendissimi in Christo patris et domini Christophori Episcopi Brixinensis. Edita et publicata Anno 1511 die 27. Jan. in ecclesia Cathedrali Brixinensi.“ Als Druckort wird auf der letzten Seite Augs-

burg angegeben, und als Drucker „Johannes Osuald“, librarius Augustensis. Vorne sieht man das Wappen des Fürstbischofs Christoph von Schrofenstein, der diese Synode abhalten liess: vier Felder, mit dem brixnerischen Lamm, dem Tiroler Adler, und zwei Steinböcken. Das Exemplar, in Quartformat, enthält zwanzig Blätter, ist sehr korrekt gedruckt, aber wegen der unzähligen Abbreviaturen, wie bei den ältesten Drucken häufig üblich, und der mangelnden richtigen Unterscheidungszeichen oft schwer zu entziffern.

Christoph von Schrofenstein stammte aus dem alten edlen Geschlechte der Ritter v. Schrofenstein bei Landeck im Oberinntale, und war ein Sohn des Oswald, Ritter v. Schrofenstein, und der Beatrix von Wolkenstein. Er wendete sich dem geistlichen Stande zu und erhielt frühzeitig eine Pfründe in der weitentlegenen Diözese Utrecht, die er jedoch im Jahre 1480 mit einem Kanonikate an der Kathedrale zu Brixen, welchem Stifte er von Geburt aus angehörte, vertauschte. Später bekam er auch eine Domherrenstelle zu Trient; allein erst vom Jahre 1493 fing er an, in der Stadt Brixen für gewöhnlich zu residiren, da er sich sonst meistens zu Innsbruck aufhielt, wo ihn Kaiser Maximilian, dessen Vertrauen er genoss, zu vielen wichtigen Geschäften und diplomatischen Missionen verwendete. Im J. 1496 wählte ihn der Kardinal-Fürstbischof von Brixen, Melchior von Meckau, zu seinem Koadjutor, und als der Kardinal am 3. März 1509 das Zeitliche gesegnet hatte, bestieg Christoph v. Schrofenstein den bischöflichen Stuhl der alten, ehrwürdigen Kirche von Brixen. Am 27. Jänner 1511 liess er in seiner Kathedrale eine Diözesansynode halten, deren Statuten hier mitgetheilt werden. Nach zwölfjähriger Regierung starb er am 29. März 1521, schon lange kränkelnd, im 60. Lebensjahre zu Innsbruck, wohin er sich begeben hatte, um dem jungen Kaiser Karl V., dem Nachfolger Maximilians, einen Besuch abzustatten. Sein Leichnam wurde nach Brixen überführt und in der Domkirche daselbst an der Kapelle des hl. Christoph beigesetzt.

Die vorliegenden Statuten sind ein schönes Zeugniß von der Sorgfalt und dem Eifer dieses Bischofs, Ordnung und gute Zucht in seiner Diözese aufrecht zu erhalten. Er beruft sich im „Prohemium“ oder Eingange seiner Synodalbeschlüsse darauf, dass einige davon schon unter seinen Vorfahren gefasst, mehrere aber jetzt von ihm neu entworfen und publizirt worden seien. Insbesondere citirt er in seinem zehnten Dekret ein Statut des Kardinal-Fürstbischofs Melchior v. Meckau, unter dessen Regierung zu Brixen am 15. Nov. 1489 eine Synode stattfand, und im 15. Dekret eine Verordnung des Fürstbischofs Georg Golser, des unmittelbaren Vorfahrers des obgenannten Bischofs Melchior, der am 17. Okt. 1473 eine Synode abhalten liess. Von beiden Synoden ist ausserdem nichts Näheres bekannt.

Das „Prohemium“ lautet vollständig also :

Christophorus dei gratia Episcopus Brixinensis Uniuersis et singulis Prepositis, Abbatibus, Decanis, Canonicis, ecclesiarum parochialium Rectoribus, Plebanis, Vicariis, seu locatentibus eorundem, Diuinorum Cooperatoribus et Capellanis, ceterisque presbyteris, beneficiatis et non beneficiatis per ciuitatem et diocesim nostram vbilibet constitutis, Salutem in domino sempiternam.

Quibus etenim mortalibus maiori solertia, studio, vigiliisque, quothoris *) viuendum est? quam illis, quibus a deo optimo maximoque populorum tum gentium, maxime vero sacrarum rerum, tum diuinorum misteriorum obseruatio et christifidelium animarum salus commissa concessaque extat. Ut illa omnia per ministros idoneos legitimosque pie, sancte, caste, tum innocenter administrentur, dirigantur, ordinentur et disponantur, ne diuinum numen deus omnipotens ignis flamma in eos animaduertat, sicuti in sacerdotem ob thus in sacrificio haud rite administratum animaduersum extitit. Quod arduum, difficile denique pondus illorum humeris impositum extat, paucis equidem explicare haud possemus, quom enim

*) Quothoris = omni hora, stündlich.

diuina historia eos damnat, quod incommunicabile nomen lignis lapidibusque tribuerunt, deos ipsos vocantes, tamen solis principibus id communicari haud modo passa est, sed ipsa cum hominibus et gentibus appellatione sua confirmauit, sepiissime deos duces et iudices eorum vocans, pluribus enim capitibus in exodo hoc diuina historia testatur; id etiam diuus citharedus Dauid psalmis, quos in dei laudem cecinit, affirmare haud neglexit, dicens: deus stetit in medio deorum, etiam dii estis et filii excelsi omnes, qua profecto appellatione dignati fuere, quod solis ipsis, quod ad deum spectat, ius regendi atque iudicandi, loca, prouintias, regna, Metropoles, presulatus, et id generis traditum est. Quom itaque hac appellatione populorum gentium tum diuinarum rerum et christifidelium animarum custodes, administratores rectoresque dignos esse diuina historia iudicat, nobis itaque nec segniter exquisito studio, cura tum solertia prouidendum et inuigilandum erit, vt pontificalis administrationis nostre munus ita administremus, dirigamus et disponamus, quod nedum presulari culmine, vite innocentia et sanctimonia gregi nobis commisso fulgeamus. Ceterum sacerdotio nobis dicato et custodie nostre tributo morum grauitate, charitatis ardore, doctrine veritate, pietatis profluoio, continentie castimonia, bonitatis innocentia, omnium denique virtutum splendore et relucencia lucerna in monte posita nostre dyocesis omnibus semper lucens et refulgens constituamur, vt tandem post hanc peregrinationem pastor et grex in vite eterne pascua feliciter peruenire poterimus, vbi hoc sydere et lumine celesti, in quo omnia lucent et refulgent, perenniter perfrui valeamus. A quo dictum extitit: Ite in uniuersum orbem predicantes, quicumque crediderit et baptisatus fuerit, saluus erit. Quod vero tali desiderio nostro pientissimo pastor et grex in illa vite pascua peruenire valeamus, ne per anfractus*) et deuia gregem errare contingat, venerabilis capituli nostri Brixinensis consilio et consultorum virorum, quos aula nostra presularis continet et alit, leges et decreta synodalia, quibus gregem nobis commissum dirigamus

*) Anfractus = Krümmung, krummer Weg.

tum coerceamus in dei omnipotentis, genitricis ejus et diuorum patronorum nostrorum, qui huic Basilice nostre Brixinensi president, laudem, gloriam et incrementum, aliqua predecessorum nostrorum, nonnulla noua condentes, vobis hac sacra synodo nota esse opere precium duximus, tametsi nouimus, currentem quadrupedem calcare haud esse admonendum, tamen pro presularis administrationis nostre officio, vos omnes pro animarum salute currentes hiis synodalibus decretis admonere tum appellare volumus, ne quispiam ex vobis ignorantie culpa sese excusatum iri vellet tum posset, que etiam imprimi curauimus, ut quisque diuinarum rerum minister earundem lationem precio quam exiguo habere queat. Primum mandantes vniuersis et singulis predictis, quatenus statuta illa obseruent, et qui aliis presunt, ab aliis obseruari faciant diligentius, si saltem indignationem diuinam et penas in eisdem statutis contentas effugere velint. Et ne quispiam vestrum ignorantiam ipsorum statutorum pretendere aut allegare possit, vltra publicationem predictam ea imprimi atque pro modico et honesto precio vendi ordinauimus. Insuper volumus, statuta illa omnia vel particularia, tociens quociens et vbi opportunum fuerit, per regentes curam animarum in cancellis et alibi publicari. Et vbicunque in statutis seu constitutionibus nostris huiusmodi non esset apposita pena aliqua, et tamen negligentia aut transgressio aliquam exposceret, volumus illam arbitriariam, condignam tamen fore et esse. Non tamen intendimus iurisdictioni Decani ecclesie Cathedralis nostre, ad quem sicuti ex longeuua consuetudine, nouissimis statutis corroborata et confirmata, immediata ciuilis correctio excessuum clericorum beneficiatorum Cathedralis, et non beneficiatorum ciuitatis nostre accumulatiue pertinere dignoscitur, in aliquo derogare, correctione et animaduersione nobis in criminalibus dumtaxat reseruata, prout hucusque obseruatum extitit. —

Nun folgen die einzelnen Statuten oder Decrete der Diözesansynode von Brixen ddo. 27. Jänner 1511, dreissig an der Zahl, denen wir zur leichtern Uebersicht eine kurze Inhaltsangabe beifügen.

Das erste Statut führt die Ueberschrift

I.

**De summa trinitate et fide
Catholica ac blasphemis**

und ermahnt alle Prediger und Beichtväter, das Volk im Glauben wohl zu unterrichten, Glaubensirrhümer auszurotten, Gotteslästerer, heimliche Abergläubische und Zauberer zu korrigiren, öffentliche aber anzuzeigen. Auch sollen alle Monate einmal dem Volke in seiner Muttersprache die unten verzeichneten Gebetsformeln und Anderes, was dem Christen nöthig ist, laut und deutlich verkündigt werden.

Quoniam trinitatem in vnitatem venerari iubemus, et omnia nostra negotia ab inuocatione diuini numinis exordium recipiunt, quare imprimis precipimus omnibus et singulis officium predicationis seu confessionis aut discipline exercentibus, quatenus sibi commissos diligenter in fide instruant, et que credenda sunt, doceant erroresque extirpent, blasphemos dei beateque virginis Marie, aut sanctorum, idolatras, incantatores supersticiosos et sacrilegos occultos corrigant, publicos vero vt puniantur denuncient.*) Preterea omni mense semel materna vulgarique lingua, alta voce ac intelligibiliter summarie pronuncient Pater noster, Ave maria et Credo, hoc est, Symbolum apostolorum. Unacum decem preceptis, quinque sensibus, septem peccatis mortalibus, septem sacramentis, nouem alienis peccatis, circumstantiis peccatorum et sex operibus misericordie. Que omnia hic subscripta conspiciuntur.

O r a t i o d o m i n i c a

Vatter vnser der du pist inn hymeln. Gehailiget werd dein nam. Zükum dein reich. Dein will geschech, als im hymel vnd auff erd. Vnser teglich prot gib vnss heut, vnd vergib vnss vnser schulden, als vnd wir vergeben vnsern schuldign. Vnd nit einfür vnss in versüchung. Sunder erlösse vnss von übel. Amen.

*) In den Statuten der Synode von Brixen v. J. 1528, worin Vieles aus den Synodaldekreten v. 1511 wiederholt worden ist, kommt hier folgende Einschaltung vor: „Prohibemus insuper tam clericis quam laicis, ne de fide catholica friuole, presertim inter pocula et in tabernis publicis disputent.“

— 9 —

Salutatio angelica

Gegrüßet seiest Maria, vol gnaden, der herr mitt dir, du bist gesegnet vnder den weiben. Vnd gesegnet ist die frucht deins leibs Jesus christus Amen.*)

Symbolum apostolorum

Ich glaub in gott vater allmechtigen, schöpffer hymels vnd der erd. Vnd in Jesum christum seinen ainigen sun vnsern herrn. Der empfangen ist von dem hailigen gaist, geborn auss maria der jungckfrawen. Gemartert vnder Pontio pylato, gekreuzigt, gestorben vnd begraben. Abfür zû den hellen, am dritten tag auferstünd von den todten. Auffür zû den hymeln, sitzet zû der gerechten gotes vatters des allmechtigen. Von dann er künfftig ist zû richten lebendig vnd todt. Ich glaub in den hailigen gaist. Die hailig christenlich kirchen, gemeinschaft der hailigen. Ablass der sünden. Vrstend des flaisch. Vnd das ewig leben Amen.

Decem precepta

1. Du solt allain in ainen got gelauben
2. Du solt den namen gottes nit eytel nennen
3. Du solt die feyertag hailigen
4. Du solt vatter und mütter eren
5. Du solt nyemandt tödten
6. Du solt nit stelen
7. Du solt nit vnkeusch treyben
8. Du solt nit falsche zeugknuss geben
9. Du solt nit begeren deins nächsten haussfrawen
10. Du solt nit begeren deines nächsten güt.

Quinque sensus

Sehen. Hören. Costen. Schmecken. Greyffen.

Septem peccata mortalia

Hochfart. Geytigkait. Vnlautterkait. Zorn. Neyd. Frasshait. Tragkait.

*) Wie man sieht, war es damals noch nicht üblich, dem Ave Maria das: „Heilige Maria, Mutter Gottes“ etc. beizufügen.

Septem sacramenta

Tauff. Weich gaistlicher person. Firmung. Konschafft oder Ee. *) Fronleichnam christi. Hailig ölung. Buss.

Nouem aliena peccata

1. Haissen oder schaffen zů sünden.
2. Radten, helfen, oder vnderweisen zů sünden.
3. Hellen oder verwilligen, das sünd geschech.
4. Loben die sünd, oder den sündler.
5. Auffhaltung oder beschützung des sünders.
6. Mithaber oder nutz empfaher in sünden.
7. Verschweygung der sünd.
8. Nit widersteen, oder nit straffen die sünd.
9. Nit offenbaren die sünd.

Circumstantie peccatorum octo
licet ab aliquibus plures ponantur, tamen in
illas reduci possunt.

1. Wer, in was stand oder wesen.
2. Was.
3. Wo.
4. Durch wen.
5. Warum, auss was vrsah oder bewegnuss.
6. Wie off.
7. In was gestalt.
8. Zu wölcher zeit.

Sex opera misericordie corporalia

1. Speysen den hungrigen.
2. Trenncken den durstigen.
3. Klayden den nackenden.
4. Beherbergen den weglosen, oder frömbden.
5. Haymsüchen den krancken.
6. Trösten die gefangen.

Das zweite Statut handelt

II.

De vita, habitu et honestate ac obedientia clericorum

und ermahnt alle Geistlichen zum Gehorsam gegen ihre Obern, zu einer anständigen Kleidung, und zur Enthaltung von der Unmässigkeit, von der Jagd, von verbotenen Spielen, Schlägereien und Aergernissen. Waffen dürfen sie nur auf

*) Konschafft — alter Ausdruck für Ehe, von Kunn, prosapia. Konmann = Ehemann. Konfrau = Ehefrau.

der Reise tragen. Wirthshäuser und Tänze sollen sie meiden. In der Kirche sollen die Benefiziaten während des Offiziums Chorröcke tragen und ohne Ursache vor Beendigung desselben nicht fortgehen.

Quom vite honestas ac boni mores clericorum speculum sint et exemplar aliorum, volumus atque statuimus, vt omnes clerici nostre diocesis nobis ac aliis superioribus suis debitam obedientiam et reuerentiam exhibeant, vestes condecetes intus et ab extra, necnon bireta condecetia, condecetisque coloris, calceosque honestos deferant, crines quoque et tonsuram conuenientem. A crapula, compotationibus, ebrietatibus, ventionibus, ludisque a jure prohibitis, rixis, percussionibus, tumultibus ac scandalis abstineant. Sine armis domi incedant. In itinere vero vestibus et armis vtantur condecetibus. Tabernas, choreas et omnia, que pias aliorum mentes seu aures offendere quouismodo possint, vitent. Beneficiati atque ecclesiarum vicarii in suis ecclesiis suppliciiati infra diuina officia incedant et alios non beneficiatos seu Capellanos ad hoc quantum possunt, inducant. Et absque causa rationabili ante finem seu peractionem diuinorum non recedant sub penis juris seu nostro arbitrio infligendis, precipue si se ad monitionem Decanorum ruralium, de nouo per nos pro commoditate et honore omnium erigendorum et eligendorum, corrigere aut emendare neglexerint aut noluerint. Insuper volumus ac precipiendo statuimus, ut predicti ecclesiarum rectores et vicarii suis diuinorum sociis et Capellanis ac aliis clericis salarium ab antiquo consuetum assignent sine diminutione et fraude sub pena quadrupli, fabrice ecclesie nostre Brixinensi persoluenda.

Das dritte Statut handelt

III.

De Decanis ruralibus et officio ac salario eorum

und bestimmt, dass in der Diözese Brixen wenigstens drei Ruraldekane sein sollen: zwei im Innthale und Einer im Pusterthale. Deren Obliegenheiten werden aufgeführt.

Volumus autem, in diocesi nostra esse decanos rurales tres ad minus, videlicet duos per vallem Eni et vnum per vallem Pustrisse. Quorum officium sit: Vitam et honestatem clericorum diligenter animaduertere, ac laicorum corrigenda verbis corrigere, emendanda vero emendare, incorrigibilia vero nobis aut Vicario nostro referre; similiter circa cultum diuinum et bona ecclesiarum et clericorum precipue mortuorum diligenter superintendere, mandata nostra ac Vicarii nostri debite fideliterque exequi, ac omnia et singula facere, que latius in constitutionibus infrascriptis continentur. Pro quibus laboribus et opera vltra mercedem diuinam laudemque humanam ipsos iuxta qualitatem laborum indemnes conseruabimus.

IV.

De cohabitatione clericorum et mulierum.

Enthält Strafbestimmungen gemäss den Satzungen des Basler Konzils gegen die Geistlichen, welche notorisch im Konkubinate leben, wie auch gegen die Obern, die Solches dulden. Der Missbrauch in manchen Gegenden, dass die Konkubinarier blos eine Geldbusse erlegen und dann unbehelligt bleiben, soll nicht länger gestattet werden.

Quoniam munda et casta tractantes mundos et castos esse decet, quapropter sacerdotes et clerici nostre diocesis ab omni fornicatione et precipue ab omni concubinato abstineant, mulieres de hiis suspectas non foueant neque teneant. Contra quos constitutionem Concilii Basiliensis obseruari locumque habere volumus, que sequitur et est talis.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam. Quicumque clericus cuiuscunque status, religionis, conditionis, dignitatis, etiam si pontificalis vel alterius preeminentie existat, qui post huius constitutionis noticiam, quam habere presumatur, post duos menses post publicationem eiusdem in ecclesiis Cathedralibus, quam ipsi diocesani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiam peruenerit, fuerit publicus concubinarius:

a perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum trium mensium spacio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus hii fructus percipiuntur, conuertat. Necnon et huiusmodi publicum concubinarium, vt primum talem esse innotuerit, mox suus superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum concubinam dimittat; quod si non dimiserit vel dimissam aut aliam publice resumpserit: iubet hec sancta synodus, vt ipsum suis omnibus beneficiis omnino priuet. Et nihilominus hii publici concubinarii vsquequo cum eis per suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem manifestamque vite emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum sint inabiles. Qui si post dispensationem recidui vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad predicta prorsus inabiles existant. Quod si hii, ad quos talium correctio pertinet, eos, vt predictum est, punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu quam in illos pro concubinato, modis omnibus digna punitio animaduertant. In conciliis etiam prouintialibus et synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem a collatione beneficiorum vel alia condigna pena seueriter procedatur. Et si hii, quorum destitutio ad summum pontificem spectat, per concilia prouincialia aut suos superiores propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni, statum cum processu inquisitionis ipsi summo pontifici deferant. Eadem diligentia et inquisitio in quibuscunque capitulis generalibus et prouincialibus quoad suos seruetur, penis aliis contra predictos et alios publicos concubinarios statutis in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt non solum hii, quorum concubinatus per scientiam aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, que nulla possit tergiuersatione celari, notorius est, sed qui mulierem de incontinentia suspectam et infamatam tenet, et per suum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit. Quia vero in qui-

busdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes pecuniarios questus a concubinariis percipere non erubescunt, paciendo eos in tali feditate sordescere, sub pena maledictionis eterne precipit, ne deinceps sub pacto compositionis aut spe alicuius questus talia quouismodo tolerant aut dissimulent. Alioquin vltra premissam negligentie penam duplum eius quod propterea acceperint, restituere ad pios vsus omnino teneantur et compellantur. Ipsas autem concubinas seu mulieres suspectas prelati modis omnibus curent a suis subditis etiam per brachii secularis auxilium, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam ex tali concubinato procreatos filios apud parentes suos cohabitare non permittant. Jubet insuper hec sancta synodus, vt etiam in predictis synodis et capitulis hec constitutio publicetur. Et quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat diligenter. Iniungit preterea omnibus secularibus viris, etiam si regali prefulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum quocunque quesito colore prelati, qui ratione officii sui aduersos suos subditos pro huiusmodi concubinato procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit et sub peccati mortalis pena necessario euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quam solutos, vt similiter a concubinato abstineant. Nimis enim reprehensibilis est, qui vxorem habet et alienam mulierem accedit. Qui vero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium vxorem ducat. Pro huius autem diuini obseruatione precepti hi, ad quos pertinet, tam salutaribus monitis quam aliis canonicis remediis omni studio laborent.

V.

**De clericis peregrinis seu alienigenis
secularibus et religiosis.**

Fremde Priester und Mönche sollen ohne Bewilligung des Bischofs oder seines Vikars zur Celebrirung der Messe oder Ausübung der Seelsorge nicht zugelassen werden.

Postquam experientia compertum est in diesque videmus, ex admissione facili clericorum peregrinorum seu alienigenarum

secularium seu religiosorum scandala et negligentias committi, statuimus et ordinamus: Ne quis presbyterum aliene diocesis seu religiosum acceptet vel admittat ad celebrationem missarum, multominus ad regimen cure animarum, nisi prius cum literis et formatis suis, si secularis est, si vero religiosus, cum licentia superioris sui, se nobis aut Vicario nostro presentauerit, et literas admissionis a nobis seu Vicario nostro desuper obtinuerit. Preterquam in casu deuotionis aut necessitatis, tunc enim decanus ruralis in propinquis ad vnum mensem, in remotis vero ad duos menses, visis tamen literis et formatis, sine licentia eorundem predictis dare possit licentiam. Quo termino elapso a nobis aut vicario nostro licentiam vltiorem et admissionem obtineant. Alioquin admittens pena duorum Renensium camere nostre Episcopali persoluendorum puniatur.

VI.

De residentia personali beneficiatorum maxime curatorum, et cura animarum recipienda ac beneficiis locandis.

Die Seelsorger und Benefiziaten sind verpflichtet, persönlich Residenz zu halten, mit Ausnahme der Kanoniker und Benefiziaten an der Kathedrale zu Brixen, und Derjenigen, welche die besondere Erlaubniss haben nicht zu residiren und einen Vikar zu bestellen.

Constitutionibus conciliorum generalium super residentia beneficiatorum personali editorum inherentes precipimus singulis parochialium ecclesiarum nostre diocesis rectoribus ceterisque beneficiatis, quatenus in ecclesiis beneficiisque suis personaliter resideant, demptis canonicis ceterisque beneficiatis ecclesie hic nostre Cathedralis inseruiantibus. Et demptis hiis, qui a nobis ex causis licentiam de non residendo ac vicarium instituendo obtinuerint. Qui vicarii sic instituti et per nos admissi in ecclesiis parochialibus singulis annis semel suo tempore curam animarum a nobis sub pena suspensionis recipere non postponent. Insuper statuimus et ordinamus,

ne pastores ipsi aut eorum vicarii a loco creditarum siue commissarum ecclesiarum se absque speciali licentia nostra aut vicarii nostri in spiritualibus vltra duos menses continuatis diebus ex quacunque causa absentent. Alioquin spacio dictorum duorum mensium elapso Marchas tres nomine pene persoluant, quarum medietas vna nobis, alia vero ecclesie, a qua se absentauerint, presentetur. Et qui plebem siue curam propriam habet, alienam non assumat. Nullus denique binas seu duas Vicarias regere aut administrare presumat sub pena predicta applicanda vt supra. Preterea volumus et mandamus, quod rectores ecclesiarum in locandis beneficiis ea vtantur discretione et modestia, vt et vicarii eorundem commode possint sustentari et honeste ac clericaliter viuere. Alioquin ex officio nostro debitam prouisionem facere cogemur.

VII.

De obseruantia Regulari.

Die Klostervorstände werden ernstlich ermahnt, Ordnung und Zucht in ihren Konventen zu erhalten, widrigenfalls sollen sie ihrer Würde entkleidet und nach ihrer Ordensregel strenge bestraft werden.

Quoniam nonnulli religiosi contra deum et religionem suam multipliciter, aliquando etiam notorie excedunt, eorumque prelati desides aut negligentes in obseruatione regularis discipline et correctione excessuum existunt, quare prelatos ipsos ac monialium abbatissas et priorissas per viscera et misericordiam domini nostri Jesu christi requirimus et exhortamur, vt seipsos et regulares personas sibi subiectas sub debita clausura ac custodia teneant, ne vagandi et peccandi detur illis occasio. Insuper ipsos ad obseruantiam statutorum regularium diligentius inducant, moneant et alliciant, et si opus fuerit, strictius compellant, quatenus de officio sibi commissio dignam deo possint reddere rationem. Alioquin ab officio et prelatura adepta deponentur, et iuxta regulas statutaque sua seuerius punientur.

VIII.

De scholaribus vagis et jocularioribus.

Den sogenannten fahrenden Schülern und andern Possenreisern soll kein Geistlicher Unterstützung gewähren noch irgend einen Vorschub leisten.

Vt maliciis hominum occurratur et ne error, cui non resistitur, approbetur, hac edictali decernimus sanctione inhibentes, vt nemo clericus cuiuscunque dignitatis vel ordinis vagis scholaribus, qui buffones, goliardi*) seu terminarii nuncupantur, seu fistulatoribus, jocularioribus, siue histrionibus seu aliis vanis et reprobatis actibus insistentibus, quocunque colore vel quesito modo, directe vel indirecte, in rebus vel pecunia numerata, extrema dumtaxat necessitate excepta, quicquam tribuat seu largiatur, ne eos in sua peruersitate fouere videamur. Nam esurienti vtilius panis tollitur, quam quod salus anime negligatur.

IX.

De immunitate ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum ac de rebus eorundem viuorum et mortuorum.

Die Immunität der Kirchen und geistlichen Personen soll mit allem Nachdruck gewahrt bleiben; gegen die Verletzer derselben müssen unnachsichtlich die kirchlichen Strafen angewendet werden.

Statuimus et ordinamus, ecclesias in suis immunitatibus a jure vel consuetudine introductis, diligentissime conseruari. Et quicumque personam ecclesiasticam enormiter vulnerauerit, occiderit vel captiuauerit, nonnisi per sedem apostolicam vel habentem ab ea auctoritatem absoluator. Et qui contra immunitates predictas fecerit, quicquid ab ecclesia habet vel tenet, perdat; si vero nihil habet, Anathema sit. Captiuitate vero predicta durante, generaliter in loco captiuitatis, singulariter vbi captus detinetur, a diuinis cessetur, donec captus

*) Buffone ital., und Gaillard franz. = Possenreisser, Lustigmacher.

libertati pristinae restitutus fuerit. Salua tamen eidem pro iniuria satisfactione condigna, et salua semper dispositione juris communis in casibus hic non expressis. Item si quis bona clerici viui vel defuncti spoliauerit aut violenter rapuerit, in illum excommunicationis sententiam tenore presentium promulgamus, a qua non possit nisi a nobis, facta restitutione absolui.

X.

De testamentis clericorum, et legatis factis, et executoribus testamentorum, ac competentia successorum in beneficiis.

Der Klerus des Bisthums Brixen soll, wie bisher ihm erlaubt war, auch in Zukunft die Freiheit zu testiren besitzen. Es werden umfassende Anweisungen gegeben bezüglich der Exekution von Testamenten der Geistlichen und der Vertheilung der Pfründererträge zwischen Vorfahrer und Nachfolger. Als Termin in letzterer Beziehung soll für die Stadt Brixen der Sct. Helenatag gelten, für das Eisack- und Pusterthal Sct. Georgii, und für das Innthal M. Lichtmess.

Testandi facultatem clero per diocesim nostram concessam hactenusque obseruatam laudamus et approbamus. Volentes desuper statutum Melchioris, immediati predecessoris nostri supradicti, infrascriptam vna cum declaratione nostra subnexa ab omnibus inuiolabiliter obseruari. — Quia circa clericorum testamenta et eorum executores sepe fraudes committuntur, bonaque relictata per eos ad vsus non destinatos vel alias inutiliter dispensantur: Nos, quibus ex officio prouisio circa hec merito incumbit, remedium ponere volentes, statuimus, vt quicumque in nostra diocesi, extra nostram ciuitatem, de executoribus relictorum per clericos decedentes se intromittere velit, antequam manum apponat ad exequendum, vel relictata bona clerici dispensandum, inuentarium sub manu autentica aut alias in presentia fide dignorum de bonis inuentis et relictis per defunctum omnino conficiat, ac post lapsum anni a tempore mortis testatoris computandum, postquam ipso anno elapso per nos vel nostrum vicarium legitime huiusmodi

executor requisitus fuerit, infra vnus mensis spacium nobis aut nostro vicario integram de inuentis et distributis faciat rationem. Si quis vero aliter premissis non obseruatis, bona cuiuscunque clerici nobis immediate subiecti dispensare presumpserit, pena arbitraria condemnandus mulctandusque existat. Preterea cum frequenter dissensiones occurrant inter clericos nouiter promotos ad beneficia et executores defunctorum super distribuendis fructibus restantibus post mortem, cui debeant applicari, proinde nos canonum sanctiones imitando, ordinamus huiusmodi inter premissos nostre diocesis, extra ciuitatem nostram, vti premittitur, presbyteros fiendam diuisionem, vt desuper existentibus fructibus talis assignetur successoribus in parochialibus ecclesiis congrua portio, vnde honeste sustentari valeant, usque ad nouorum fructuum perceptionem, quocunque tempore anni rectorem parochialis ecclesie decedere contingat, ne occasione tali amplius debito defraudetur obsequio diuino. Quod si forte executores defuncti et nouus rector ecclesie in hoc concordari non poterint, teneantur iidem omnimode nostro vel vicarii nostri desuper stare iudicio. Et quicquid per nos vel eundem vicarium nostrum decretum fuerit, sub pena decem florenorum Renensium acceptent libere et exequantur. Finis statuti.

Cui statuto nos adijcientes declarando volumus: annum in ciuitate nostra Brixinensi a sancte Helene, sed per vallem ysaci*) et Pustrisse a sancti Georgii, per vallem vero Eni a Purificationis beate virginis festiuitatibus inchoari, et circa premissa ita computari portionem vero congruam pro qualitate temporum et locorum, necnon oneri incumbendum exigentia intelligi debere. Preterea volumus, quod testamenta laicorum, vltime voluntates, et legata ad pias causas facta, debite executioni demandentur, negligentes vero aut talia impediennes seu retardantes decani rurales admoneant siue sollicitent. Quos si non audierint, per nos seu Vicarium nostrum via juris ac censurarum compellantur.

*) Fluss Eisack im Wipphale.

XI.

De predicatione verbi dei.

Die Seelsorger sollen fleissig das Wort Gottes verkünden und alle Sonntage wie auch an andern festlichen Tagen das Evangelium dem Volke auslegen, die hl. Schrift deutlich erklären, wenigstens einmal im Jahre die zehn Gebote Gottes vortragen, jedoch stets in ihren Predigten alle unbegründeten Meinungen und Anstössigkeiten vermeiden, insbesondere auch keine Privathändel auf die Kanzel bringen, damit keine Feindschaften entstehen. Die Zuwiderhandelnden sollen auf drei Monate vom Predigtamte suspendirt werden.

Quoniam seminare siue predicare verbum dei res sit in ecclesia Catholica saluberrima, et beati dicuntur voce euangelica, qui verbum dei audiunt et illud custodiunt, idcirco admonemus pastores ecclesiarum, vt in seminando verbum dei sint solliciti ac circumspecti, maxime vt vtilia dicant, inutilia vero et vana ac piarum mentium offensiua omittant, sed potius scripturam sacram, precipue veteris et noui testamenti, et imprimis euangelium Christi plane et intelligibiliter dominicis et aliis solennibus diebus populo predicent, primo textum prout iacet, vulgariter exponendo, deinde subiunctis apostillis, vel per membra declarent, prout capacitati plebis conuenire cognouerint. Et quia repetita noticia mandatorum dei multum edificat in populo, ordinamus, vt rectores ecclesiarum parochialium adminus semel in anno assumant materiam decem preceptorum, et illam diffuse cum correctione vitiorum conuenienter prosequantur, inducentes cum summa diligentia populum ad agendum penitentiam pro peccatis commissis. Caueant autem predicatorum huiusmodi, ne in suis sermonibus vtantur scripturis apocriphis siue non authenticis. Et si quid forte per ignorantiam vel inaduertentiam ab ecclesia vel doctoribus non approbatum proferant, hoc caute studeant reuocare. Caueant etiam predicatorum ipsi, ne ad conuitia vel exprobrationes criminum, aut suas particulares causas expediendas, prophanas vel domesticas quouis-

modo descendant, ne vbi causa dei agi debet, ibi odia, rixe aut vindicte seminentur. Quem quidem abusum sub pena suspensionis a diuinis et prohibitionis officii predicandi ad spacium trium mensium districte prohibemus. Auditores vero cum modestia, attentione et deuotione verbum dei audiant, nec in publico reclament, nec predicantem quouis modo impedian, sub pena condigna arbitrio nostro infligenda.

XII.

De obseruatione festorum et ieiuniorum.

Es werden drei Arten von Feiertagen unterschieden: Solche, welche a jure zu feiern sind; solche, welche gemäss altem Brauch, aber nothwendig zu feiern, und solche, welche nur nach Belieben, nicht sub praecepto gefeiert werden. Für die Diözese Brixen werden im Ganzen 113 Feiertage aufgeführt. Fasttage gab es damals ungefähr 72.

Quoniam omnis Christi actio nostra est instructio, Christus autem et festiuauit et ieiunauit, nobis quoque festiuandum certis diebus atque ieiunandum existit. Sunt autem festa triplicia: quedam solennia a jure, quedam maiora a consuetudine introducta tamen sub precepto obseruanda, et quedam minora siue arbitraria. Festa solennia a jure inducta sunt ista videlicet: Natalis domini, sancti Steffani, Johannis euangeliste, Innocentium, Circumcisionis, Epiphaniarum, Resurrectionis et penthecostes maxime cum duobus sequentibus, Ascensionis, Natiuitatis Johannis baptiste, Annunciationis, Assumptionis, Natiuitatis et purificationis beate Marie virginis, duodecim Apostolorum, Laurentii, Michaelis, omnium sanctorum, et omnes dies dominici. Festa vero maiora, sola consuetudine longeva et approbata introducta, que vt supra sunt sub precepto obseruanda hec sunt: Corporis Christi, Viti, Visitationis et Conceptionis beate Marie virginis, inuentionis sancte Crucis, Martini, Cassiani, Ingenuini et Albuini, dedicatio ecclesie Brixinensis hic in ciuitate, Cena domini per totum, Parasceues vsque ad meridiem, Magdalene, Georgii, Katherine et Nicolai. Festa autem minora siue arbitraria,

que secundum loci consuetudinem toleramus festiuari pro deuotione cuiuscunque, sine tamen lesione conscientie alterius, qui forte non festiuauerit, sunt ista: Agnetis, Conuersionis sancti Pauli, Cathedre et vincula Petri, Rudperti, Marci euangeliste, Johannis et Pauli, Udalrici, Margarethe, Augustini, exaltationis Crucis, et similia. Festa vero a nonnullis superstitione consueta festiuari sub anathemate prohibemus.

Ieiunandum autem sub precepto est in vigiliis apostolorum, videlicet Mathie, Petri et Pauli, Jacobi, Bartholomei, Mathei, Andree et Thome. Item vigilia Annunciationis et Assumptionis beate Marie virginis, omnibus diebus quadragesime preter dominicas, in quibus tamen a carne et lacticiis abstinere oportet. Item diebus Letanie minoris secundum consuetudinem hactenus obseruatam exhortatorie pronuncietur. Item vigilie penthecostes, Johannis baptiste, Laurentii, omnium sanctorum, omni quarta, sexta feriis et sabbato quatuor temporum, vigilia natiuitatis Christi; in profestis vero natiuitatis et purificationis Marie et certis aliis diebus iuxta consuetudinem loci. Ubi ecclesia non precipit ieiunium, relinquendi sunt homines sue consuetudini.

XIII.

De confessionibus audiendis et faciendis et casibus reseruatis.

Es werden Vorschriften gegeben über die Pflicht der Priester, eifrig zu sein im Beichthören, über die Beichten der Kranken, über den Ort, wo das Sakrament der Busse gespendet werden soll, und die Obliegenheit, das Volk öfters im Jahre, besonders an jedem Sonntag in der vierzigstägigen Fastenzeit an das Kirchengebot von der wenigstens einmaligen Beicht im Jahre zu erinnern. Nie sollen die Beichtväter Geldbussen für sich selbst auferlegen.

In confessionibus audiendis illam precipue sacerdotes diligentiam adhibeant, vt a penitente vsitata et communia peccata sigillatim, inusitata vero per quasdam circumstantias caute perquirant, ne inexpertis detur materia, quod

alias nescierunt perpetrandi. Et quia plerumque infirmi confiteri sua peccata in multorum presentia erubescunt, a sacerdotibus districte precipimus observari, vt primo familiariter et secrete audiant confessionem infirmi, si mortis periculum non obsistat, et postea ad eum deferant Eucharistiam cum tanta venerationis reuerentia, vt exinde non solum recipientibus, verum etiam videntibus fides et deuotio augeatur. Preterea confessores confessiones et precipue mulierum audire volentes, in conuenienti loco ecclesie, suspitione carente, sedeant patienterque audiant atque instruant, et quantum in eis est, confitentem ad contritionem et propositum abstinendi inducant. Et non in Stubis siue Cameris, nisi in casu necessitatis. In penitentibus vero seu satisfactionibus iniungendis maiorem maioribus, minorem minoribus, secundum qualitatem culpe et delinquentium et contritionem penitentiam iniungant. Et inter cetera diligenti sollicitudine procurent, vt ablata restituantur. Item confessores nec signo nec verbis aliquo modo confitentem prodant, et si consilio prudenciorum indigent, caute perquirant, nec se de peccatis aliorum impendant. Item circa confessiones faciendas singulis annis et de sigillo siue celatione confessionis seruetur capitulum Omnis utriusque sexus. Et hiis inseratur tam latina lingua quam materna, illudque omni die dominica quadragesima publicetur et postea tociens quociens oportunum fuerit. Insuper confessores penitentias pecuniarias sibi quouismodo applicandas non imponant. Nec se de casibus nobis specialiter reseruatis sine licentia nostra aut Vicarii nostri impendant.

Es folgt nun das Capitulum „Omnis utriusque sexus“ des Papstes Innozenz III. über die einmalige Beicht und Kommunion im Jahre, in lateinischer und deutscher Sprache:

Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno confiteatur proprio sacerdoti. Et iniunctam sibi penitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in pascha eucharistie sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem

causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum. Alioquin et viuens ab ingressu ecclesie arceatur, et moriens christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ex ignorantie cecitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absoluerere vel ligare. Sacerdos autem dicretus et cautus, vt more periti medici, superinfundat vinum et oleum in vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei prebere consilium et cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad saluandum egrotum. Caueat autem omnino, ne verbo aut signo aut alio quouismodo aliquatenus prodat peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione persone caute requirat. Quoniam qui peccatum in penitentiali iudicio sibi detectum presumpserit reuelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendum perpetuam penitentiam in artum monasterium detrudendum.

Ain yegklicher gelaubiger mensch, so bald er zû den jaren seiner vernunft kommen ist, soll allain all sein sünd (zûuoran ain mal im jare) seinem aigen priester getreulichen beichten, vnnd sich fleissigen die büß jm auffgesetzt, mit aigen kreften zû volbringen. Vnnd soll wirdigklichen empfangen, zûm mynnsten tzû Ostern, das hailig sacrament dess fronleichnamts Jesu christi. Es sey dann, das er nach rat seins aigen priesters etlicher genûgsamer vrsach halben, ain zeit von empfangung desselben sacraments sich enthalte, sonst sol jm lebendig eingang der kirchen verpotten werden, vnd so er stirbt, soll er christenlicher begrebtznuss manglen vnd beraubt sein. Demnach zymbt sich, das hailwertig gesetzte etwo oft in den kirchen zû offenbarn, das nyemant auss vnwissenhait vrsach nemen mûg sich desshalb ausszureden vnd zû entschuldigen. Ob aber yemand ainem frömden priester, red-

licher vrsach halb, sein sünd wölt beichten, der sol vorhyn von dem aigen priester vrlaub begeren vnd erlangen, nachdem er jn sunnst nit möcht entlösen oder entpinden. Der priester sol auch beschaiden vnd fürsichtig sein, das er, als ain verstendig artzt, wein vnd öl in die wunden des verseerten krancken eingiess, vnd soll fleissigklich erfragen die vmbstende dess sünders vnd der sünd, darauss er weislich vnd grüntlich verstee, wie er jm rat geben, vnd was er jm ertzney zufügen soll, damitt er manigerlay erforschung gebrauchend zů hailen den krancken. Doch sol er sich vor allen dingen hüten, das er mit Worten oder zaichen in kain weiss mit nicht offenbar den sündler; wann ob er ains weisern radts bedörfft, den sol er on alle vermeldung der person fürsichtigklich erfragen. Wann wer die sünd, die jm in der beicht entdeckt vnd geöffnet seind, vnderstünd zů offenbaren, denselben erkennen wir nicht allain von dem priesterlichen ampt zů entsetzen, sonder auch zů ewiger büss in ain kloster strenngs ordens verstossen zů werden.

Sunt autem casus reservati.

Von jenen schweren Gewissensfällen, deren Absolution zur Zeit dieser Synode in der Diözese Brixen dem Bischöfe vorbehalten waren.

Heretici manifesti vel occulti. — Excommunicati a jure vel ab homine. — Iniectores manuum violentarum in clericos. — Offensores parentum. Si lesio ipsa fuerit enormis. — Incantatores et incantatrices in rebus grauibus. — Usurarii manifesti. — Homicide voluntarii et casuales. — Incestuosi et adulteri publici. Occulti vero absoluantur, nisi in peccatis perseuerare velint. Et exceptis incestuosis viris. — Concubinari in primo et secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis. — Puerorum oppressores vel occisores. — Votorum violatores. — Periuri in iudicio. — Abutentes sacramentis ecclesie. — Sepelientes corpus excommunicati vel interdicti. — Et generaliter omnia notoria seu publica delicta, christifideles quouismodo scandalizancia, aut dubia, super

quibus merito auctoritas nostra Episcopalis veniret consulenda. Exceptis semper in hiis omnibus mortis articulo, in quo quilibet sacerdos Papa est et Episcopus.

XIV.

De preuentis.

Ermordete und andere plötzlich Gestorbene, die grosse Sünden begangen und zur Zeit ihres Todes nicht gebeichtet haben, dürfen ohne besondere Erlaubniss des Bischofs nicht kirchlich begraben werden.

Occisi seu alio modo preuenti, jta qui rationem de peccatis suis tempore mortis sue non fecerint aut facere non potuerunt, si in enormibus delictis, maxime publicis, reperti fuerint, licet tempore quadragesimali capitulo Omnis utriusque sexus satisfecerint et signa contritionis in eis reperta fuerint, sine licentia tamen nostra aut Vicarii nostri sepulture ecclesiastice non tradantur. Sub pena Renensium duorum fabrice ecclesie nostre applicandorum.

XV.

De adulteris publicis

et personis maritalibus sibi non cohabitantibus, hospicioque tales recipientibus.

Ehebrecher, Konkubinarier, getrennte Eheleute und Jene, welche schlechten Personen Unterkunft gewähren, sind von ihrem Seelsorger zuerst allein, dann in Gegenwart einiger Nachbarn in Güte zu ermahnen. Wenn sie sich nicht bessern, ist gegen sie nach der nachstehenden Verordnung des Bischofs Georg von Brixen vorzugehen.

Sunt preterea inter seculares homines vtriusque sexus, qui se damnatis lege diuina criminibus publice inuoluunt. Quidam enim in adulterio publico seu concubinato commorantur, alie vero persone legitime coniuncte absque iudicio ecclesie discohabitant. Sunt etiam, qui tales et similes pro commertio carnis prohibito hospitio recipiant, in peccatis illos confouentes. Ideirco statuimus, vt si in aliqua parochia

reperiantur huiusmodi excedentes vel alias publicis delictis irretiti, plebanus seu rector ecclesie illius loci debet eosdem primo solus, dehinc in presentia aliquorum vicinorum fraterne et caritative admonere, vt a peccatis huiusmodi desistant. Quod si taliter correcti non destiterint, teneantur plebani aut rectores contra tales iuxta constitutionem predecessoris nostri immediati *) de modo admonendi et requirendi, ac ab ingressu ecclesie prohibendi adulteros et concubenarios editam procedere. Quod si commode ex aliqua causa rationabili facere nequierint, saltem infra mensis spacium sub pena suspensionis a diuinis illos ad audientiam nostram vel vicarii nostri deferre teneantur, ut huiusmodi publica peccata censura ecclesiastica cohibeantur, aut ad aures superioris secularis deducere, et illius brachium et auxilium inuocare.

Constitutio vero Episcopi Georgii, de qua supra fit mentio, sequitur et est talis.

Quoniam adulterii et concubinatus crimina plerumque ab vtriusque sexus hominibus committuntur ac per sacerdotes quamsepius leuiter puniuntur aut dissimulantur, districte precipiendo statuimus, quatenus omnes et singuli parochialium ecclesiarum rectores seu eorum vicarii per se vel alios infra duorum mensium spacium a fine presentis synodi computandum aliqua die dominica publice in ambone coram populo omnes adulteros et adulteras plebis sue in genere moneant et requirant, quatenus ab huiusmodi adulterio penitus desistant. Deinceps vero perpetuis temporibus quolibet anno in prima dominica quadragesime requisitionem huiusmodi ac generalem faciant admonitionem. Si qui vero hac generali monitione sprete se non correxerint iuxta presbyterorum suorum informationem, sequenti dominica eosdem nominatim et expresse in ambone moneant, quatenus se adhuc emendare curent. Et nihilominus eadem die omnes istos, qui adulteros

*) Georg Golser, zum Fürstbischof von Brixen erwählt im Jahre 1564, von Rom nach vielen Schwierigkeiten endlich bestätigt 1471, regierte bis 1488.

et adulteras in domibus suis sustinent vel receptant, etiam requirant nominatim, ne illos ulterius foueant et in domibus seu hospitibus suis retineant. Qui si forte sic moniti respuerint, sequenti dominica eosdem adulteros et adulteras ac eorum hospites et receptatores pretactos ab ingressu ecclesie publice excludant, coram ipsis, donec in sua pertinacia perstiterint, nullatenus celebraturi. Similis quoque per omnia seruetur processus contra coniugatos vtriusque sexus, qui sibi ex propria temeritate mutuo cohabitare nolunt et recusant. Et etiam de hospitantibus illos seu domos suas locantibus eisdem, etiam si non constet, quod cum aliis fornicentur vel adulterentur.

XVI.

De custodia eucharistie et reuerentia sacramentorum, et que ornamenta ecclesiastica munda seruentur.

Das hlst. Sakrament und die hl. Oele sollen in den Kirchen an einem sichern und anständigen Orte aufbewahrt werden. Wie die Kranken zu versehen seien. Die kirchlichen Gewänder und Paramente sollen reinlich sein. Die Dekane haben hierüber einmal im Jahre die Seelsorger zu visitiren und zu ermahnen.

Statuimus et ordinamus, ut in cunctis ecclesiis diocesis nostre Eucharistia, Chrisma et oleum sanctum sub diligenti, firma, honestaque custodia siue clausura fideliter conseruentur, in vasis quoque mundis et nitidis ac lumine continuo ardente. Et quod clauis illarum clausurarum apud clericos esse debeant, nisi consuetudo, commoditas seu exigentia locorum aliud postulet seu persuadeat. Ad precauendum denique putredinem et sumentium horrorem ipsum Eucharistie sacramentum semel in mense vel infra duos ad minus iuxta locorum exigentiam renouetur. Et cum sacerdos eucharistiam vel oleum infirmorum ad infirmum aliquem portauerit, suppelitio et stola indutus sit, supposito mundo velamine, illudque manifeste atque honeste ante pectus suum deferat, camponella et lumine

precedentibus. Dantes et concedentes de die illud associantibus decem, si vero de nocte et cum lumine, viginti dies indulgentiarum vltra indulgentias ab aliis concessas. Insuper vt corporalia et vestimenta ac palle ceteraque ad diuina misteria pertinentia, munda seruentur. Plebanos decani rurales semel in anno visitent et super hoc diligenter adhortentur, transgressores vero pena condigna fabrice ecclesie hic nostre applicanda deferant mulctandos.

XVII.

De baptismo, confirmatione et extrema vnctione.

Die Taufe und Firmung soll in der Regel nur in der Kirche gespendet werden. Es darf nur Ein Tauf- oder Firmpathe sein. Man soll sich bei Ausspendung der Sakramente genau an die brixner'sche Agenda halten.

Baptismus et Confirmatio extra ecclesiam, quando ad eam commodè haberi potest, non conferatur, nisi essent Regum vel principum liberi. Baptisterium semper teneatur clausum et mundum, cuius claues sint apud sacerdotes merito, nisi loci consuetudo, necessitas seu commoditas aliud postulet. Et vnus tantum pro baptizando seu confirmando recipiatur compater siue patruus, vel commater siue matrina, et non plures. In baptismo, extrema vnctione, ac aliis sacramentis administrandis obseruetur obsequiale quondam antecessoris nostri, donec nos illud de nouo imprimi faciamus.

XVIII.

Ne aliquid pro sacramentis exigatur.

Für die Spendung der Sakramente und für die Begräbnisse dürfen die Geistlichen nichts fordern, ausgenommen was ihnen vermöge einer löblichen Gewohnheit gebührt.

Volumus et districte precipiendo prohibemus, ne sacerdotes pro administrandis sacramentis vel pro sepultura fidelium quicquam exigant aut extorqueant a suis subditis more contrahentium, nisi quod laudabili consuetudine esset hactenus

observatum. Ipsis autem sacerdotibus non interdicimus, vt si subditi eorum post sacramentorum administrationem a fidelibus introductam consuetudinem nollent observare, quin ad hoc officium nostrum seu Vicarii nostri implorando possent iidem subditi licite coartari, et prout ius dictauerit, compelli.

XIX.

De vsurariis.

Kirchliche Strafbestimmungen gegen Jene, welche Geld auf Zinsen ausleihen. Es soll einmal im Jahre, nämlich am ersten Fastensonntag, die Verordnung des Papstes Gregor X. gegen die Usurarii verlesen werden, welche hier in lateinischer und deutscher Sprache beigefügt ist. *)

Usurarius manifestus ecclesiastica careat sepultura. Et nihilominus sui heredes ad restitutionem vsurarum receptarum obligantur. Si quis vero sacerdotum talem sepelire presumpserit, ad arbitrium nostrum suspensus sit. Preterea nec tales vsurarii absoluantur, neque sani neque infirmi, nisi vsuram receptam restituant, vel restitui suis committant, prout in constitutione Lugdunensi hic inserta laicius continetur, quam ad minus semel in anno volumus publicari, videlicet in dominica Quadragesime, qua canitur Inuocauit. Que quidem constitutio sequitur et est talis.

Gregorius X. in Concilio Lugdunensi.

Quamquam vsurarii manifesti de vsuris, quas receperunt, satisfieri expressa quantitate vel indistincte in vltima voluntate mandauerint, nihilominus tamen eis ecclesiastica sepultura denegetur, donec de vsuris ipsis fuerit, prout paciuntur facultates eorum, plenarie satisfactum, vel illis quibus facienda est restitutio, si presto sint ipsi, aut aliis, qui eis possint acquirere, vel eis absentibus, loci ordinario, aut eius vices gerenti, siue rectori parochie, in qua testator habitat, coram

*) Nach dem alten kanonischen Rechte war jedes Zinsennehmen als Wucher in lato sensu verboten. Die brixnerische Synode v. J. 1603 gestattete endlich, bis 5% jährl. Zins zu fordern, jedoch nicht mehr.

aliquibus fidedignis de ipsa parochia, quibus quidem ordinario, Vicario aut rectori predicto modo cautionem huiusmodi eorum nomine liceat presentis constitutionis auctoritate recipere, ita quod illis perinde actio acquiratur, ac si seruo publico, de ipsius ordinarii mandato idonee de restitutione facienda sit cautum. Ceterum si receptarum vsurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione predicta exprimi volumus. Alioquin aliam recipientis cautionem huius arbitrio moderandam, ipse tamen scienter non minorem quam verisimiliter creditur, moderetur. Et si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos et alios qui manifestos vsurarios extra presentis sanctionis formam ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturam, pene in concilio Lateranensi contra vsurarios promulgate statuimus subiacere. Nullus manifestorum vsurariorum testamentis intersit aut eos ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat, nisi de vsuris satisfecerint vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum prestant, vt premittitur, idoneam cautionem. Testamenta quoque manifestorum vsurariorum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso jure.

Cap. Quanquam de vsuris. li. vi.

Obschon offenbar wücher in irem letsten willen, testament oder ordnungen verschaffen von dem wücher, so sy empfangen, gnüg zû tûn mit erleutrung oder aussprechung, wie vil oder in der gemain vnuerschydenlich, nicht destminder sol jnen die hailig begrebnuss oder daz geweiht erdtrich vertzigen werden, vntz (d.i. bis) als lang, vmb solchen wücher nach jrem vermügen gentzlichen benügen beschicht. Es sey dann den yhenen, wölchen widergeltung zuthûn ist, wo sy gegenwürtig sein, oder andern die von jrentwegen annemen möchten, oder wo sy nit anheim oder gegenwürtig wären, dem bischoff oder ordenlichen richter oder seim vicari, oder dem regierer der pfarr, darinnen solcher wücher wonet, in beywesen etlicher glaubhaftiger personen von der selben pfarr, wölchem ordinario, Vicario oder regierer obberürter mass zymlichen sey

in krafft diser constitution oder ordnung, an irer stat caution, versorecknuss oder purgschafft anzunemen, also das yhenen, so den wücher geben haben, in gleicherweyss zústee, die action, zúspruch vnd vordrung, als het solch taugliche caution vnd versorecknuss gethan ain gemainer diener oder offen Notari auss beuelch desselben Ordinarii. Vnd ob die vile oder onzal solhs wüchers offenbar ist, so wöllen wir, das solche anzal alweg in der gedachten caution oder versorecknuss aussgedruckt werd. Wo aber solcher wücher nit scheinperlichen wäre, so sollen die yhenen, die sollich caution oder versorecknuss annemen, sollichen wücher aussprechen, vnd messigen, doch das sy wissentlich nit minder aussprechen, dann sy glaublichen vermainen; wann wo sy anderst theten, wärn sy schuldig, die überteur zú bezalen. Vnd all gaistlich vnd ander, wölche offenbar wüchrer wider die form diser ordnung törschlichen *) annemen oder kummen lassen zú der hailigen grebnuss, die wöllen wir gefallen sein in die peen in dem Latronensi concilio wider die wüchrer geoffenbart aussgedruckt. Auch soll kainer sein bey der offenbarer wücherer testament, noch sy beicht hören, noch absoliuern, sy haben dann genúg thon vmb den wücher, oder vmb gnúgthúung nach irem vermúgen versprechen vnd zymliche caution oder versorgknuss gethan, wie oben steet; sunst sein der selben offenen wüchrer testament anderst gemacht, nichts wert vnd nach ordnung der recht zú nicht.

XX.

De decimis soluendis.

Der Zehent von Aeckern, Gärten, Bäumen, Thieren u.A. soll vom Volke getreulich geleistet werden, ohne Kostenabzug, auch wenn mehrmals im Jahre die Gründe Früchte bringen. Ebenso von den Neugründen, und es sollen die Seelsorger und Beichtväter auf der Kanzel und im Beichtstuhl das Volk belehren, dass auch hievon der Zehent zu geben sei.

*) Törschlichen bed. soviel als verwegen, vom Zeitw. turren, wagen, praet. torsten. Kommt im Nibelungenlied mehrmals vor, z. B. „Die da torsten vehten, die lagen alle erslagen.“ (98, 1, edid. Bartsch.)

Cum decime tributum sint egentium animarum, quas dominus in signum vniuersalis dominii pro ministris altaris sibi retinuit, et canonice sanctiones iubeant eas de omnibus frugibus cum integritate persolui, statuimus declarando, quod laici decimas ipsas de agris, pratis, hortis et arboribus, necnon de omnibus aliis fructibus, qualitercunque de terra nascuntur, clericis seu parochialibus ecclesiis, nullis deductis expensis, siue messorum sit precium, familie aut mercenariorum, etiam si de vno fundo et vno anno, pluribus vicibus, crescant atque proueniant plures fructus. Et similiter de animalibus et aliis licite acquisitis, sine fraude qualibet tribuant integraliter et exoluant. Idem de noualibus precipue fieri declaramus, ad quod faciendum et abusum detestabilem ruralium tollendum volumus, vt plebani et alii predicatorum regulares et seculares in predicationibus publicis et confessionibus secretis, charitatie et persuasive populum inducant, inducant, declarando quod ad huiusmodi integram solutionem decimarum ex precepto ecclesie sint adstricti. Et si moniti recusarent, possint super hoc coram nobis aut Vicario nostro iudicialiter conueniri.

Sequitur priuilegium
super decimis noualium concessum a duce
Sigismundo.

Wir Sigmund von gotes gnaden Herzog zů Oesterreich, zů Steyrmarch, zů Kerndn, zů Crain, Graue zů Tirol etc. Embieten allen vnsern Hauptleuten, herren, Rittersn, knechten, Burggrauen, Pflegern, landtrichtern, richtern, räten, burgern, gemainden, vnd allen vnsern Ambtleuten, vnderthanen, vnd getreuen, den der brieff gezaigt würt, Vnser gnad vnd alles güt. Wir haben vnss nach anbringen des hochwirdigen in got vaters vnsern besonder lieben herrn vnd freunds, herrn Niclasen der hailgen Römischen kirchen Cardinaln vnd Bischof zů Brichsen, *) begeben zů schaffen: Waz neurent in vnserm

*) Nicolaus von Cusa, Kardinal und Fürstbischof von Brixen 1450 bis 1464, bekannt durch seine Streitigkeiten mit Erzherzog Sigmund Ferdinandeums-Zeitschrift.

landt vnd gepieten in dem bistumb Brichsen gemacht sein oder noch gemacht werden, das die zehenden (so dauon gefallen) den pfarrkirchen, vnd andern kirchen, vnd gaistlich person, den die dann billich vnd rechtlich zugehören, dauon gefallen vnd geraicht werden. Doch vns vnser gemain herlichait zynns vnd gewaltsam darinn vorbehalten. Dauon empfehlhen wir euch mit ernst, das ir des also gestattet, vnd darwider nit seyeyt, in mass als vorsteet, das ist vnser mainung. Geben zů Botzen an Erichtag nach des hailigen creutzs tag Exaltationis. Anno 1400 quinquagesimoquinto.

XXI.

De questuariis et literis priuatis non autenticis minime publicandis.

Zur Verhütung des Unfugs, dass öfter herumziehende Leute mit Ablassen vom einfältigen Volke Almosen herauslocken und es durch falsche Briefe täuschen, werden alle Geistliche ermahnt, in Zukunft keine solche Sammler ohne besondere schriftliche Erlaubniss des Bischofs zum Predigen, Ablassverkündigen und Almosensammeln zuzulassen, noch zu gestatten, dass nichtauthentische Schriften an den Kirchthüren angeschlagen werden.

Ad obuiandum etiam malitiis questuarius, qui sepius per immoderatam indulgentiarum promulgationem a fidelibus simplicibus elemosinas extorquent, et nonnunquam elemosinarum collectores falsis literis eosdem decipere possent, discurrendo turpiter per tabernas et flagitia perpetrando, prout quandoque visum est: Nos statuendo prohibemus omnibus et singulis clericis et presbyteris curatis et non curatis, ne de cetero quosunque questuarios aut elemosinarum collectores absque nostris specialibus commendaticiis literiis ad predican- dum vel indulgentias promulgandum siue elemosinas colligen-

von Oesterreich, Landesfürsten von Tirol, welcher wegen seines Verhaltens gegen den Kardinal in den Bann gethan und dessen Land mit dem Interdikt belegt wurde,

dum qualitercunque admittant. Quinimmo etiam, si literas a nobis obtinuerint sub nomine alicuius hospitalis, ecclesie vel capelle, et laici cum talibus mittantur, qui collecturam conduxerunt pro certa summa pecuniarum, eosdem pariformiter repellant, nisi ostendant per autentica documenta, quod ecclesiarum vel hospitalium sint familiares, juramento vel fide obligati. Idem decernimus obseruandum circa scripturas priuatas et non autenticas nonnullorum in valuis ecclesiarum et circa, in odium quorumcunque affigere volentium, vt nullus ex nobis subiectis clericis easdem recipiat, publicet vel insinuet, seu affigere admittat. Nisi pariformiter super huiusmodi a nobis vel vicario nostro literas tales habuerint, quibus intelligat nos de premissis informatos, vt sic fraudibus decipientium simpliciores, viam modis omnibus et scandala precludamus.

XXII.

De magistris fabrice seu vitricis ecclesiarum.

Handelt von den Pflichten der Kirchenfabrikvorsteher oder Kirchpropste, welche verbunden sind, jährlich Rechnung abzulegen, und auf das Eigenthum der Kirchen alle Sorgfalt zu verwenden. Die Nachlässigen sollen vom Pfarrer mit Entziehung der Sakramente oder mit andern kirchlichen Bussen bestraft werden. Es wird ihnen auch bei Strafe der Exkommunikation anbefohlen, wohlverschlossene Kirchenkassen anzufertigen, zu denen der Seelsorger Einen Schlüssel haben soll.

Hii, qui pecunias aut bona ecclesiarum ad fabricam deputatas administrant, siue clerici, siue laici sint, vbicunque in diocesi nostra existant, cum aliena gerant negotia, debent singulis annis intra pasca et festum Ascensionis domini, aut alio competenti tempore, de omnibus perceptis et distributis in presentia plebani aut locum tenentis ecclesie loci illius, qui pro tempore fuerit, et aliquorum parochianorum debitam reddere rationem, vt sic bona ecclesiarum ad fabricam deputata, vel ex elemosinis collecta, ad necessarios vsus, puta

edifitiorum ornamentorum et non alibi omnimode conuertantur. Iniungimus insuper prefatis administratoribus, siue magistris fabrice, siue vitrici*) nuncupentur, quod in suo officio fideles existant, veluti qui deo, cuius res tractant, reddere rationem habent, quodque attendant circa domorum dei edificationem et ornamentorum defectus, vt iuxta facultatum exigentiam debito semper tempore reparentur, similiter quod sacre vestes altarium et clericorum munde et nitide conseruentur, quas etiam precipimus aliquotiens in anno necessitate instante lauari. Curent denique antiqua debita ecclesiarum exigere, et debitores ad soluendum quantocius poterint compellere. Si vero quisquam ex prefatis fabrice magistris aut ecclesie vitricis in premissis negligens repertus fuerit, vel singulis annis rationem facere, prout superius exprimitur, recusauerit, hunc debeat et possit Plebanus aut viceplebanus, infra cuius limites hoc contingit, per Sacramentorum subtractionem, vel alia ecclesiastica pena constringere et punire, seu ad nostram vel Vicarii nostri audientiam deferre. Nec ipsi magistri, procuratores vel vitrici per se vel cum eorum Plebano, alicui sine nostra aut Vicarii nostri licentia expressa, aliquam pecunie summam mutuent vel accomodent, nisi ipsi Plebanus et Vitrici pro accomodatis seu mutuo datis pecuniis velint esse principales debitores et solutores. Quam pecuniam sic mutuo receptam etiam in proxima ex post ratione sub pena dupli sine contradictione soluere debeant et teneantur.

Insuper statuimus et ordinamus, ac sub excommunicationis pena precipimus, vt apud singulas tam parochiales quam filiales ecclesias pro pecuniis et clenodiis earundem ecclesiarum ordinent reseruacula, tribus aut duabus ad minus seris munita, vbi plebanus aut viceplebanus vnam habeat clauem, sicut ad Gazophilatia**) ibidem.

*) Vitricus heisst eigentlich soviel als „Stiefvater“; hier scheint aber dieser Ausdruck „geistlicher Vater“ d. i. Verwalter geistlichen Vermögens, was man jetzt Kirchpropst nennt, zu bedeuten.

**) Gazophilacia = Opferstücke.

XXIII.

De sponsalibus ac publico et clandestino matrimonio.

Heimliche Ehen sind verboten. Jene, die eine Ehe schliessen wollen, müssen dies ihrem Pfarrer anzeigen, damit ihre Namen an drei Sonn- oder Feiertagen öffentlich verkündigt und allfällige Hindernisse bekanntgemacht werden. Jeder Priester, der eine Ehe ohne diese dreimalige Proclamation einsegnet, wird auf drei Jahre von seinem Amte suspendirt. In der Advent- und Weihnachtszeit, vom Sonntag Septuagesima bis zum weissen Sonntag, und von der Bittwoche bis zur Oktav des Pfingstfestes dürfen keine Ehen geschlossen werden.

Matrimonii nuptiarumque solennitatem merito commendantes, prohibemus quaecunque matrimonia clandestine contrahi. Et ne clerici nobis subiecti taliter contractis intersint aut quouis modo intronisent, statuimus, vt dum aliqui matrimonium contraxerint, hoc plebano suo insinuare curent, idemque in ecclesia coram populi multitudine tribus diebus dominicis aut aliis festiuis publicam proclamationem faciat, nominando personas, que contraxerunt, admoneatque parochianos suos vtriusque sexus, vt si quis Consanguinitatis, Affinitatis, compaternitatis, vel aliud canonicum impedimentum inter sie contrahentes sciat vel nouerit, hoc infra octo dierum terminum ad audientiam suam deferat. Et si quidem plebanus ipse impedimentum aliquod ex probabili coniectura cognouerit, matrimonium tale nullatenus solenniset, quinymmo expresse interdicat, ac ad audientiam nostram aut vicarii nostri contrahentes absque mora transmittat. Nec aliquis clericus aut laicus cuiuscunque conditionis existat, sub pena quinque marcharum in premissis et aliis causis matrimonialibus, absque nostra aut vicarii nostri expressa licentia diffiniat aut cognoscere seu tractare presumat. Quod si quis sacerdotum nostrorum matrimonium non premissa trina proclamatione publica et post vltimam proclamationem termino octo dierum non elapso, veluti superius exprimitur, solennizare

presumpserit, nisi ineuitabili causa et simul habita nullius periculi certitudine, duxerit in aliqua parte curatus abbreviandum, sciat se penas juris, videlicet suspensionis ab officio per triennium ob hoc incurrisse, ac grauioribus a nobis aut vicario nostro, prout facti qualitas exegerit, puniendum. Preterea etiam mandamus, suis denunciari anni temporibus, quod ab aduentu domini vsque ad octauas Epiphanie, et a septuagesima ad octauas pasce, et a Rogationum diebus vsque ad octauas Penthecostes inclusiue, nuptie sint prohibite de jure, et quod illis temporibus non permittantur. Item si aliqua causa matrimonialis coram nobis aut Vicario nostro ventilata fuerit, Curati tales non publicent nec intrônisent nec cohabitare permittant, donec sententia desuper pro vel contra lata, extracta, et ipsis ostensa fuerit, sub pena Renensium duorum totiens quotiens contrafactum fuerit.

XXIV.

De conformitate Rubricarum habenda tam in Missa quam in horis canonicis et cultu diuino peragendo.

Der Sekularklerus der Diözese Brixen soll sich im Brevier und bei der Messe an die Rubriken halten, die in seiner Kathedralkirche beobachtet werden; wie dies als allgemeine Regel vom Konzil von Toledo aufgestellt worden ist, dessen sich hierauf beziehende Verordnung beigelegt wird.

Quia clerici vocati in sortem domini diuino principaliter manciantur obsequio, debent seruitutis sue pensum fideliter, diligenterque persoluere. Quapropter subiectis nobis secularibus clericis precipimus districte, vt canonicas horas ac reliquum diuinum offitium diurnum pariter et nocturnum iuxta ordinationem Rubrice breuiarii, quo in nostra cathedrali utimur ecclesia, paucis sanctorum festiuitatibus exceptis, dumtaxat in choro eiusdem cathedralis ecclesie habendis, per totum anni circulum cantando et legendo perficiant, constitutionem Toletani concilii desuper editam ac infra positam imitando. Ne autem quisquam sacerdos nostre diocesis in

hoc se excusare habeat, de nouo imprimi seu stampari procurabimus horarum et missarum libros iuxta breuiarium et Rubricam prefate nostre Cathedralis ecclesie nouiter emendatos.

Ex concilio Toletano xi.

Et habetur transsumptiue in decretis xii. d. c.
de his.

De his, qui extra apostolicam voluntatem circumferuntur omni vento doctrine, placuit sancto concilio, vt Metropolitanæ sedis auctoritate coacti, vniuscuiusque prouintie ciues, Rectoresque ecclesiarum vnum eundemque in psallendo teneant modum, quem a metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis vel officii a metropolitana patiantur disiungi. Sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterii, vnde honoris consecrationem accepit, vt iuxta maiorum decreta sedes, que vniuscuiusque sacerdotalis dignitatis est mater, ecclesiastice dignitatis vel rationis sit magistra. Abbatibus sane indultis officiis, que iuxta voluntatem sui Episcopi regulariter ab illis implenda sunt. Cetera officia publica i. vespers, matutinum siue missam aliter quam in principali ecclesia celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus a concione priuatus apud Metropolitanum sub penitentiae censura maneat corrigendus, quatenus apud illum et preterite transgressionis culpam lachrimis diluat et necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula discipline non solum Metropolitanus totius sue prouincie pontifices vel sacerdotes astringat, sed et ceteri Episcopi subiectos suos ecclesiarum Rectores obtemperare suis institutionibus cogant.

XXV.

De rebus ecclesie non alienandis.

Von den frommen Stiftungen der Kirchen oder Klöster darf ohne spezielle Erlaubniss des Bischofs nichts veräußert, verkauft, verpfändet oder entfernt werden. Alle ohne solche Erlaubniss abgeschlossenen Kontrakte sind null und nichtig.

Ecclesiarum indemnitatibus et periculis occurrere cupientes, ne ea, que pia fidelium deuotio contulit, nostris temporibus dissipentur, statuimus, vt nullus Abbas, Prepositus, Decanus, Prior, Rector, Collegium, Capitulum, vel beneficiatus, ab ecclesiis de rebus ecclesiarum vel monasteriorum iure domini vel proprietatis vel quasi, quantum ad jus precariorum, Emphiteosis, iure personali, censuali, feudali vel quocunque titulo seu colore quesito, perpetuo vel ad tempus, nisi de consensu et auctoritate nostra ex causa necessaria vel vtilitate euidenti, nostra licentia petita specialiter et obtenta, quicquam alienet, vendat, distrahat, dissipet, impignoret vel remoueat. Contractus vero, non seruatis premissis, celebratos eo ipso decernimus irritos et inanes. Nihilominus prelatus vel administrator vel alius, qui preest, quocunque nomine censeatur, vel singularis non obseruans, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, Collegium vero seu Capitulum predicta faciens vel consentiens, ecclesiastico subijciatur interdicto.

XXVI.

De leprosis iudicandis.

Niemand unterstehe sich, über Aussätzige eigenmächtig zu richten oder sie aus der Gesellschaft der Menschen auszuschliessen, sondern Jeder, der von dieser Krankheit betroffen ward, ist dem Bischofe anzuzeigen, welcher ihn durch Aerzte untersuchen lassen wird.

Quoniam aspirante qui singulis diuidit, prout vult, in arte sua quisque sapiens est, expertisque credendum prudentia dogmatizat, idcirco scandali volentes tollere materiam querulantiumque frequentiam, presenti statuimus edicto, vt nullus deinceps quocunque modo vel forma, quenquam leprosum decernere vel iudicare presumat, vel ab hominum concione separare, sed orta fama contra aliquem, quod sit percussus morbo lepre, nostre transmittatur audientie, velut ad sacerdotes leuitici generis, examini medicorum subijciendus, an rumori veritas suffragetur. Nisi casus sit adeo in-

dubitatus, quod tergiuersatione nequeat occultari, puta cum infirmus aperte profitetur, se manum domini tetigisse. Si quis autem premissorum temerarius extiterit violator, si vniuersitas est vel collegium, interdicti, singularis vero persona excommunicationis sententie se nouerit subiacere.

XXVII.

De sacerdotibus suspensis, excommunicatis vel interdictis celebrantibus.

Es werden Vorsichtsmassregeln angeordnet, um dem Aergernisse zu steuern, welches bei den Laien daraus entsteht, dass suspendirte, exkommunizirte oder mit dem Interdikt belegte Priester noch fortfahren, kirchliche Funktionen auszuüben.

Cum propter inobedientiam sacerdotum (qui suspensi, excommunicati, seu interdicti diuina heu officia celebrare immo potius prophanare, et latas in se huiusmodi sententias, prout a nobis seu aliis iudicibus competentibus ipsis iniungitur, non obseruant) censura vilescat ecclesiastica, et graue apud laicos scandalum generetur, volumus et districte precipiendo mandamus, vt non solum Decanus ruralis loci, verumetiam duo sacerdotes iurati, qui in ipso decanatu fuerint, membrum huiusmodi diabolicum a tempore, quo premissus excessus ad eorum notitiam peruenerit, nobis deferant infra mensem a dyocesi excludendum. Alioquin ex tunc cum non careat scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinit obuiare, quicumque de prefatis personis et quocienscunque circa delatorem huiusmodi se exhibuerit negligentem, nobis vnum florenum Renensem nomine pene exoluere teneatur.

XXVIII.

De curatis grauantibus subditos in exactione jurium parochialium.

Die Seelsorger sollen nicht aus Gewinnsucht ihre Untergebenen drücken, sondern mit jenen Rechten, die ihnen nach altem kirchlichen Brauch zukommen, zufrieden sein; auch

sollen sie ihren geistlichen Kooperatoren von dem denselben gebührenden Lohne nichts entziehen.

Item quia quidam nomine solo et non re sacerdotes curati seu illorum vicarii plus lucris temporalibus quam animarum saluti intendentes, magis que sua quam que dei sunt querentes, sibi subiectos in remediis et aliis parochialibus juribus grauunt, de sepultura et aliis spiritualibus paciscuntur, ac statui suorum in diuinis cooperatorum detrahentes, illos certo precio minus debito conueniunt, propter quod etiam presbyteros indoctos et minus habiles recipere coguntur et recipiunt, nos huic vicio pestifero occurrere cupientes statuimus, volumus et ordinamus, vt prefati curati eorumque vicecurati a predictis in futurum desistant realiter et cum effectum, ac ipsi parochialibus juribus secundum antiquam et laudabilem ecclesie consuetudinem sint contenti, ac suis in diuinis cooperatoribus debita et consueta salaria soluant, ac tales in cooperatores recipiant, de quorum vita et moribus valeant et possint respondere. Certificantes eos, qui in premissis culpabiles reperti fuerint, quod canonicam ultionem non euadent.

XXIX.

De quibusdam abusibus reformatis.

Verschiedene neueingeschlichene Missbräuche werden gerügt: die Kuratpriester und Kapläne sollen von ihren Posten nicht über drei Monate abwesend sein; Pfarren und Benefizien dürfen ohne bischöfliche Gutheissung nicht zertheilt, keine neuen Oratorien oder Kapellen für Bruderschaften und andere Laienvereine ohne solche Erlaubniss errichtet, keine kirchlichen Stellen ohne Zustimmung des Bischofs besetzt, und Niemand zur Seelsorge zugelassen werden, der nicht vom Generalvikar geprüft und approbirt worden ist.

Quum nouis emergentibus causis nouis pariter remediis sit occurrendum, non indignum sed apprime necessarium duximus, nouas abusiones in diocesi nostra passim exortas speciali constitutione reformare. Hinc pari contextu et pena districte precipiendo mandamus, quod omnes curati et Ca-

pellani a plebibus et beneficiis sibi collatis vltra tres menses continuos nullatenus abesse, sed personaliter residere debeant. Secundo quod probabili absentia occurrente, licentian a nobis obtineant, et interea vices suas sine speciali auctoritate nostra vltra prefatos tres menses aliis non committant. Tercio: parochiales ecclesias et beneficia non vnire neque diuidere presumant, neque in filiabus ecclesiis extra dotem per qualemcunque loci distantiam Curatos vel Capellanos plebibus sibi commisis preficiant, quod locorum ordinariis non autem inferioribus jure competere solet. Quarto: fraternitatibus, Monopoliis et quibuscunque aliis comitatibus laicis priuatisque personis Curatos et capellanos nullatenus consentire, quod noua oratoria seu capellas sine speciali auctoritate nostra in scriptis exhibenda hincinde erigant vel preficiant. Quinto: Curata vel simplicia beneficia sine speciali consensu nostro non instituere ac de manu vel alio quocunque modo ad vnum vel plures annos seu ad dies vite nemini conferre, que ad sedem ordinariam immediate pertinent et ad nos remitti debent. Sexto: nullum ad curam animarum de nouo regendam admittant, nisi per Vicarium nostrum prius rite examinatum et admissum. Septimo: ad diuina vbilibet exercenda vltra mensem nullum sustineant, qui admissionis literas desuper editas non habuerit. Ne contra apostolicum jus scriptum et locorum consuetudinem in omnibus supradictis casibus sine legitimo admissionis titulo curam animarum eos regere, oues seducere, diuina administrare, necnon ordinaria et episcopalia iura contemnere et diminuire paciamur, quod absurdum, damnosum et nostro pastoralis officio intolerabile foret. Postremo sicut debita conformitas Orandi, celebrandi et accentuandi semper est obseruanda, ita eandem conformitatem ad formam Absolutionis pariter redigi et modo infrascripto vsurpari iubemus. Primo triplicem absoluendi formam considerari. Secundo in singulari numero eandem fieri. Tercio compendiose terminari. Et quarto cautam saluberrimamque suppletionem iniuncte penitentiae prelibari, dicendo: Quod minus iniunxi, suppleat amara passio Christi et meritum vtriusque ecclesie militantis

et triumphantis; insuper: Misereatur tui omnipotens deus, dimittat tibi omnia peccata tua et perducat te in vitam eternam. Oremus, indulgentiam et remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens dominus. Amen.

(Hier folgen noch drei Absolutionsformeln — forma apostolica, f. ordinaria, f. communis — die wohl füglich übergangen werden können; dann schliesst dieses Statut also:)

In confessionalibus et indulgentiis Apostolicis formam Absolutionis apponi solitam, juxta literam, dictamque eius formam rite observari volumus; vbi autem litere confessionales et forme absolutionum non habentur, supradictam formam apostolicam semper vsurpari iubemus.

XXX.

De presentium statutorum copia habenda ac eorum publicatione et visitatione flenda finalique conclusionem premissorum.

Allen Mitgliedern des Welt- und Ordensklerus der Diözese Brixen wird aufgetragen, sich eine Kopie dieser Statuten anzuschaffen. Die geistlichen Vorstände sollen wenigstens zu allen Quatemberzeiten des Jahres ihren untergeordneten Priestern und Klerikern diese Statuten von Wort zu Wort vorlesen lassen, sie selbst genau befolgen und Andere zur Beobachtung derselben anhalten.

Vt autem hee premissae constitutiones Sinodales et statuta non tradantur obliuioni, neque quisquam ignorantiam aut excusationem allegare et pretendere valeat, sub pena suspensionis precipimus et iniungimus omnibus tam religiosis quam secularibus presbyteris nostre jurisdictioni subiectis cuiuscunque status, ordinis aut conditionis extiterint, vt copiam presentium statutorum habere procurent atque habeant, prout in exordio quoque premisimus. Et habentes sub se clerum tam in regularibus quam aliis collegiatis ac paro-

chialibus ecclesiis in qualibet angaria*) anni ad minus semel conuocatis suis subditis presbyteris et clericis huiusmodi constitutiones et statuta de verbo ad verbum publicent et in communi prolegi faciant. Nec non studeant per se et suos iuxta eorundem continentiam, mores ac vitam taliter reformare, quatenus per hoc aliis christifidelibus eorundem cure et gubernationi commissis exemplum bonum per se ferendum in christo commendari valeant. Et in visitatione per nos aut nostros ad hoc deputandos breui, vt speramus, fienda, sic reformati et emendati reperiantur, quod exinde ad patrie gloriam possint peruenire sempiternam. Ad quam nos perducatur dominus noster Jesus christus, qui est in secula seculorum benedictus. Amen.

Finis.

*) Angariae hiessen nach dem mittelalterlichen lat. Sprachgebrauch die Quatemperfasttage (cf. Du Cange Glossar. T. I. 406 edit. Venet.) Der alte deutsche Ausdruck hiefür war „Fronfasten“ auch „Weichfasten“, weil an diesen Tagen die geistlichen Weihen vorgenommen werden sollten.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Veröffentlichungen des Tiroler Landesmuseums Ferdinandeum](#)

Jahr/Year: 1878

Band/Volume: [3_22](#)

Autor(en)/Author(s): Rapp Ludwig

Artikel/Article: [Die Statuten der ältesten bekannten Synode von Brixen 1511. 1-45](#)